IN DEI NOMINE. AMEN.

PER hoc publicum instrumentum cunctis pateat, & sit notum, quod anno à Nativitate Domini millesimo septingentesimo, *septuagesimo, die prima mensis Augusti* = = = = = = in *mea* Secretarij Academici, aliorumque testium præsentia, personalitèr constitutus Baccalaureus D. *Michael Maria Ramirez de Arellano, et Cevallos* = = postquam secundum statuta hujus Regiæ, ac Pontificiæ Mexicanæ Universitatis rigorosè examinatus, & approbatus fuit *Nemine discrepante* = = = á Doctoribus, & Magistro servata forma statutorum præscriptis, ac juramentum solitum præstitit, se publicè, ac secretè defensurum Sanctissimam Virginem MARIAM, in primo suæ Conceptionis instanti ab originalis labe peccati immunem fuisse; Gradum Baccalaureatus in Medica facultate recepit à Doctore *D. Ignatio Xaverio à Semo, Martinez,* qui in Cathedra sedebat Doctorali infulà ornatus, de cujus licentia dictus Baccalaureus, Cathedram ascendit, actusque Baccalaureatus, in ea publicè fecit: ad quod cursus necessarios peregit, quos hujus Universitatis Dominus Rector approbavit, jusitque ad petitionem dicti Baccalaurei, hoc publicum instrumentum, à me infrascripto Secretario dari.

Et ego Infrascriptus Regiæ, ac Pontificiæ Mexicanæ Universitatis = Secretarius, quia præmissa latius constant ex instrumentis, quæ in Archivio ejusdem Universitatis servantur, ad quæ me refero, & de quo fidem facio, ideò hoc publicum instrumentum sigillo minori Universitatis munitum, meo nomine, & signo solitis subscripsi, & signavi, die *vigesima septa Augusti anno Dñi* MDCCLXXII.





D. Joseph ab Imaz Esquer
Secretarius.